Di Don Bertaro da Cerm

S. BENEDICTVS.

Ostendit futura et abscondita antequam evenirent. Eccléci 48.

Romæ

S. Liberator.
Cairus
Mons.
Villa
Ciuitella.
SEPTEMTRIO
Mons Casinus.
Casale
S. Petrus d'Aurellana.
Serra.
Pfara
Varrea
Pesculu cõstãtii
Pesculũ a Sernia.
Via Romana
Pede Mons.
fl. e campania Rom.
bellMons.
farignola.
S. Germanus
Villa
Cairus
Vallis rotõda.
aqua funda ta.
S. Petrus in Curuhs
Plumarola.
Iterani CD
Pignatarus.
Ciba.
S. Elias.
S. Michael.
Castellu Nouum.
S. Georgius.
Via Neapolitana.
Vitecuum
ORIENS.
Cerbaria.
OCCIDENS.
S. Angelus.
Pons.
Ciba.
Turrichiu.
Hospiciu.
S. Apollinaris.
S. Victor.
Hospiciu.
Vallis frigida.
Cucurritiu.
S. Petrus in fine.
Rocca Vandra.
S. Andrea.
Vandra. C.D.
Citrarium.
flu. ad
Garrilianũ.
S. Ambrosius.
MERIDIES.

Nursia quàm fœlix, nitet hinc Benedictus, ut alto
Æthere Sol, ab agro Lilium, et alba Rosa:
Hic totum irradiat diuino lumine Mundum,
Hic Mundum uitę pascit odore piæ.

Post lachrymas, post amplexus, post, crebra parentum
Oscula Nursinus carpit Cynebus iter,
Nursia quem genuit Benedictum Roma docendum;
3 Aurea Romuleæ dogmata pubis alit.

Dum studijs temerata videt Capitolia Fœdis,
Quem posuit celerem traxit ab urbe pedem:
Amphitheatra puer subigens sublimia lucis,
Per loca eremicolis querit amica Deum.

Vas gemit effractum Nutrix, quod mutao in usum
Cribrandi fruges cepit egena rudeis.
Hanc puer afflictam miserans, in frusta capessit
5 Vas, solidat precibus, ter peragendo crucem.

Diuino excitus monitu Romanus eunti
Occurrit puero, quo petat inde rogat.
Dum sua Romano Benedictus vota retexit,
6 Pellibus obtegitur, clauditur ultro specu.

Dum ferus inuidiæ facibus succenditur hostis
Rumpitur, et fracto profugit ære Sathan.
At pia Romanus Benedicto furta frequentat,
7 Et solita obsequium strenuitate gerit.



Paschate quas coxit lautas sibi presbiter escas
Fert ad eremicolę septa iubente Deo :-
Qui pullos corui pascit, qui rore cicadas
Nutrit, eremicolam senta per arua cibat .

Senta inter loca pastores mirantur ephebum
Hirsuta obtectum pelle uagante grege.
Quis celare potest ignem, cui fumus obumbrat?
Iustorum mores abdere nemo ualet.

Fœtida profligat meruiæ simulachra procatis
Non ense, aut arcu, sed præce, vepre, fame,
Calliidus auceps inter senteis omne cruentat
10 Corpus, ab obsessa mente repellit auem.

Præsíde defuncto Benedíctum pro duce poscunt
Silúicolæ fratres, síc fíde ut ore malí;
Cuíus dum míserí spernunt documenta veneno
Apposíto calící, perdere atroce student.

Tertullus Placidum Benedicto interprete, Maurum
Dedicat Equitius, lilia vt alba Deo,
Sunt duo Romani, mihi crede, micantia regni
12 Lumina, erunt gemini sydera bina poli.

Dęmon ab æde sacra puerum trahit, hunc pater ictu
Percutiens virgę, cogit adesse choro.
Est chorus arx dilecta Deo, protecta supernis
Cælitibus, Sathanę valde odiosa domus.

Cum procul à claustris flueret. fons, pastor obortis
Lachrymulis fonteis tres propè claustra fodit,
Quas nequeunt deferre pigri sine murmure fratres,
Fratribus en dat aquas supplice uoce pater.

Expurgante arbusta Gotho dissultat in amnem
E, capulo ferrum, ferrum hic ab amne trahit.
Hic celestis homo, exemplar virtutis, imago,
Doctrinę Christi, religionis apex.

Maurus ab undifluo placidum trahit amne uoratum
Tam patris voto, quam probitate sua.
Ut celeri transiadit aquas pede, sic pede sicco
Crine rapit puerum stricto operante Deo.

Presbyter infectam Benedicto destinat escam,
Quam sibi porrectam corvus abhorret avis,
Nam iubet inde pater deferri, corvus adunco
17 Arreptam rostro fert, vbi nemo manet.

Dum nequit antistes Benedictum perdere uiro
Perdere discipulos qua ualet arte studet,
Nam iubet ante illos nudas gestire puellas,
Et choreas hilari, ducere fronte uagas.

Presbyter abscessu gaudet. Patris, unde puellæ
Instituunt choreas, et domus omnis ouat,
Mox domus è cœlo quatitur, ruit, opprimit, omneis.
19 Scriptitat hoc Maurus retrouocando Patrem.

Templa casinei scandit Pater auia montis,
Et nemore incenso, dat simulachra solo.
Illustrem extollens Baptistam in Apollinis aram,
Martino ædiculam non sine laude sacrat.

Nursius à tetro depressum Dæmone saxum
Tollit in alta, crucis ui comitante preces.
Dæmona qui pellit, potis est extollere saxum,
21 Quod nulla possunt arte mouêre fabri.

Igne uident fratres rapido flagrare culinam,
Quem Pater explosa Dæmonis arte fugat.
Protinus extinguit Sathanæ ignem, qui Dei amore
Ardet, et in fratrum res pietate calet.

Labitur ex muro Puer, impellente maligno,
Quem Pater ad uitam, mortis ab ungue trahit.
Dæmon ab egregio superatur Patre, puellus
23 Fortior ad Fabricam, quàm fuit antè, redit.



Dum procul à claustris comedunt ientacula fratres,
Prospicit hæc vates lumine cuncta senex.
Hos uelut osores legis monet, ultro professi
Singula, dant pœnas, quas meruêre pareis.

Vir probus ò quoties Patrem ieiunus adiuit,
Hortatu comitis nunc dape pastus adit.
Nursius id uates uenienti pandit amico,
25 Damnat amicitiam, quæ malefacta docet.

Totila quem mittit Benedicto Regis amictum
Purpura, hic ensiferum detegit esse uirum.
Nil latet obtutum vatis, qui cernit Olympi.
26 Induperatorem, cernit humi famulum.

Inclytus ut nouit Benedictum Totila vatem,
Nox toto stratus corpore, adorat eum.
Consulit ultrò Dei seruum quam ducere uitam
Debeat; audit eam, quæ dat in astra uiam.



A sene scrutatur: præsul venusinus an urbem
Totila Romulidum diruet ense ferus.
Audit ab illustri patre Romam non truce Regis.
28 *Vastandam gladio, at fulgure, peste, fame.*

Clericus à diro cruciatur Dæmone, liber,
Dum Sancti spernit iussa, prophanus obit.
Vita Sacerdotis, Christi caro iuncta cruori,
Quam qui edit indignè, pharmaca mortis edit.

Cœnobij excidium Pater dum præuidet almus
Perfundit lachrymis pectus, et ora suis.
Obtinet à Christo cunctos prece supplice fratres
30 Seruari incolumes æde ruente sacra.

Bina vir eximius famulo dat vasa falerni
Danda seni: ipse unum, non duo donat ei.
Dum uas occultum famulus deflectit in ora,
E rumpit coluber, uate monente, foras.

Capta sinu condit monachus sudaria, vates
Eminus agnoscit, quo nimis ille rubet.
Arguit hunc Sanctus, veniam petit iste, profusis
32 *Fletibus, ingenti culpa dolore perit.*

Stat puer accensa face, murmurat ante Magistrum,
Mente alta, ipse humili corde reprendit eum:
Quis sum ego? quis uero hic cui seruio? corde uolutat;
33 Tu puer elatus, Sanctus hic, atq; humilis.



Quinq3 uidens panes tantum penu in esse querentes.
Solatur fratres spe meliore senex.
Præ foribus monachi (ò Dei amor) mane esse farinæ
34 Biscentum modios supplice Patre uident.

Nocte abbas gelida, somno dum incumbitur alto,
Quo monachi fabricent ordine claustra, docet.
Nocte Satan memorat sopitis spectra colonis,
Cur nequit hæc monachis vir memorare pius?

Egrediuntur ab æde sacra surgendo puellæ
E tumulis, Christi pane morantur ibi.
Nil magis infrænat linguam, ac maledicta coercet,
Quàm Christi panis, quàm cruor eius olens.

Interit ad uomitum rediens vir amore parentum,
Quem vomit vrna, sacro pane quiescit ibi.
Qui redit ad Christum, Christus complectitur vlnis,
Non fugat, effuso sanguine pascit eum.

Claustra puer fugiens Satanæ sub pelle Draconis
Obuiat, ac tremulo in claustra pauore redit.
Sæpè, quod exhorret, repetit celer agnus ouile,
Non canis officio, sed feritate lupi.

Paruulus ante Patris plorat vestigia fractus
Morbo elephantino, Patre precante ualet:
Nulla adeo est truculenta lues, ut supplice uoto,
Ac prece lugubri non queat esse procul.

Quos debet solidos grato persoluit amico
Pauper, agente illi munera digna sene.
Non marra, non ense pater lucratur egenti
Post biduum nummos, sed locuplete prece.

Lurida vir libans aconita ex vertice plantas,
Vsq3 scatet lepra, quæ prece Patris abit.
Nulla magis medicina iuuat, quàm oratio pura,
41 *Tum melior, lachrymis si madefacta roget.*

Vas iacit ex specula sanctus, nec fundit oliuum,
Nec vitrum frangit, petra quod icta capit.
Larga facit, quod auara nequit manus, implet oliuo
Dolia pro phiala sanctus oliuifera.

Dæmona dum sanctus medici sub imagine cernit
Succinctum phialis, quo meat, ultro petit:
Hic ait, ad fratres meo, tunc fratrem arripit unum,
43 Vnde Patris diro verdere pulsus abit.

Miles ab agricola detorquens paupere nummos,
Hunc laqueo nexum pertrahit ante senem.
Quem procul admirans oculo Benedictus acuto,
Detruncat laqueum, liberat agricolam.

Pauperis arctatus lachrymis Benedictus in astra
Ingemit, ac puerum suscitat exanimem.
Quem pater incolumem cernens, reuerretur olympum,
Et geminat palmis oscula grata senis.

Postulat, vt frater maneat, soror vnica nocte:
Hic negat; à superis ista precatur opem;
Qui prece non vltro mansit, prece vindice, cœlum
Hunc tenet inuitum, fulgure, vento, et aquis.

Virgo columbina sub imagine functa per æthram
Ad superos geritur, fratre videntè, choros.
Germanæ aspiciens animam Benedictus, in vrna,
47 *Quam sibi condiderat, corpus inesse iubet.*

Nocte Pater media prospectat ab arce sub uno
Mox solis radio quicquid in orbe latet:
Germani aspiciens animam super astra choreis
Deferri angelicis, ardet amore senex.

Angelicam duxit vitam Benedictus ab ortu
Quam sua commendat lex, & honesta manus.
Hunc quicumque sequi cupit, hac se lege venustet;
49 Nursius alter erit, pastor in orbe pius.

Deuia dum spelæa subit malè sana puella,
In Benedicti antro lassa quiescit humi:
Hinc Benedicti ope surgit inops muliercula mente
51 Sana, Deo grates supplice voce refert.

Ecce Pater Benedictus, et ecce Scholastica uirgo,
Qua placuere Deo, mente fruuntur eo:
Hic prece comendat fratres, iuuat ista sorores,
52 *Ambo suos seruant hostis ab ungue Greges.*

DATE DUE

A fine of TWO CENTS will be charged for each day the book is kept overtime.